



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris  
Theologi, Academiae Parrhisie[n]sis**

**Clicthove, Josse**

**[Köln], 1525**

**VD16 C 4189**

Quæ ante uotu[m], co[n]siliij fuerunt, facto iam uoto transire in præcepta,  
& esse tunc obligatoria. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36183**

oni diuini præcepti fuisse obnoxii? ¶ Planum est igitur, illud Christi  
 ſit uerbum, nouiſſimo adductum loco ex Mattheo, eſſe conſilium:  
 ſicut & plæraq; alia in euangelio contenta. Neq; illa, à domino ap-  
 pellantur præcepta: ut falſò aſſerit Lutherus. neq; ab eo docentur  
 ut mandata: ſed tantummodo tanq; conſilia, quæ proponuntur iſs q;  
 arduum uirtutis illius callè uolunt inambulare. Et facientibus qui-  
 dem ea conſilia: præmium promiſit Chriſtus. ſicut uendenti omnia  
 quæ habet dantiq; pauperibus & ſequenti ſe: pollicitus eſt q; ha-  
 bebüt theſaurũ in cælo. Et relinquenti patrem aut matrem, uxore  
 aut filios, domũ aut agros propter nomẽ ſuũ: perhibuit dominus  
 noſter, q; centuplum accipiet & uitam æternã poſſidebit. At non  
 facientibus ea quæ tanq; conſilia proponit: nullam proſus cõmina-  
 tur Chriſtus penã cuius oppoſitã partẽ perperam aſtruit Luthe-  
 rus, quandoquidẽ eorũ prætermiſſio nõ infert homini alicuius cul-  
 pæ reatũ. Demũ cõtinentur huiuſmodi cõſilia in euãgelio; ut con-  
 ſilia quidem, non autẽ ut præcepta, & ad euangelij obſeruationẽ  
 obligant oẽs: quantum ad ea quę in eo cõtinentur ut præcepta, nõ autẽ  
 quantum ad omnia & ſingula particulatim in eodẽ collocata. quando  
 quidẽ non ad ea obſtringuntur obſeruanda: quæ in ipſo euange-  
 lio reponuntur tantum ut conſilia.

Matth. 19

Ibidem.

¶ Quæ ante uotum conſilia fuerũt: factò iam uoto tranſire  
 in præcepta, & eſſe tunc obligatoria. Cap. XI.



**E**rtia Lutheri obiectio. Chriſtus uirginitatem non  
 conſuluit: ſed potius deterruit ab ea. monſtrauit eã  
 ſolum & laudauit: ſed & auocauit dicens. Non o-  
 mnes capiunt uerbum iſtud. qui poteſt capere: capi-  
 at. Quibus uerbis neminem inuitat & uocat: ſed tã-  
 tum oſtendit. Et Paulus dicens, conſilium autem do, non inuitat  
 quenquam ad eam: quin magis deterret & auocat, neq; ſuadet ne-  
 q; diſſuadet: ſed in medio relinquit. Quod ſi uirginitas conſilium  
 eſt: quid ergo monaſtici faciunt ex illo præceptum, cum per uotũ  
 ad eam ſeruandam perpetuo ſe aſtringunt? In quo, omnino faci-  
 unt contra euangelium. quia quod in euangelio conſilium eſt:  
 ipſi per ſuum uotum faciunt præceptum. Hæc Lutherus.  
 ¶ Reſponſio. Admirãda certe eſt hoc loco uel potius ridẽda Lu-  
 theri theologia: quæ uirginitatem neq; ſub præceptis contineri euan-  
 gelicis

» I.

»

» Matth. 19

»

»

» 1. Corin. 7

»

»

»

»

»

»

»

II.

LIBER TERTIVS.

gelicis, neq; sub cōsilijs censet. Sub p̄ceptis quidē eam non contine-  
 ri: recte sentit. sub cōsilijs autē euangelicis eandē non cōprehendi: p̄-  
 perā autumat. quod ipsa bonū sit in numero agendorū: ad quod  
 non uoluit nos deus suo p̄cepto obligari. Ad illud autē astruendū, uir-  
 ginitatē in quā non esse de numero cōsiliorū euāgelicorū: adigit ipse  
 Lutherus. quoniā si id admitteret: cū dixerit prius (licet falso) q̄ ab  
 alijs consilia dicuntur, esse p̄cepta euāgelica: protinus cōpelleretur  
 admittere uirginitatē ad p̄cepta euangelica pertinere, quod fate-  
 esse (sicuti & uere est) incōmodū. **Esset itaq; à Luthero p̄contan-**  
**dū:** qua in parte euāgelicorū documentorū reponēdā putat eē uir-  
 ginitatē, quā neq; ad p̄cepta neq; consilia euangelica existimat p̄-  
 tinere. **Vtrū** ne uelit eandē in numero uetitorū collocari: q̄ simpli-  
 citer quidē mala sunt & noxia. ut furta & fornicationes, & similia  
 opa tenebrarū: diuini p̄cepti pr̄uaricatoria. **Quā** siquidē in euā-  
 gelio continent, nostros formantia mores: aut p̄cepta sunt, aut  
 consilia, aut eorū q̄ praua habentur prohibitiones. **Sed** credo Lu-  
 therū non eō insanīā progredi uelle: ut omnino prohibitā dicat eē  
 uirginitatē in euāgelio, tanq̄ humanā saluti exitiale. **Et** cum eā-  
 dem dicat etiā nō esse p̄ceptam: cogitur ex sufficientis diuisionis  
 ratiocinatione admittere ipsam esse de consilio. atq; in euāgelio  
 cōsuli, quod & uerum est. ¶ **Attamē** ut suū stabiliat placitū, ipsam  
 scilicet uirginitatem non esse de consilio: uerba Christi in euāge-  
 lio, & Pauli in prima ad Corinthios epistola, suā contraria assertio-  
 ni, detorquet in obiectione modo adducta, ad sensum usque adeo  
 absurdum & ineptū: ut nullus sanā mentis, talem scripturę interp̄-  
 tationē receperit unq̄. **Quis** enim rectę ratiōis cōpos, animo q̄ se  
 cum integre constans, dixerit hęc Christi uerba. qui potest cape-  
 re: capiat, esse deterrentis ab amplectenda uirginitate: & nō potius  
 inducentis ad eam benigna suasionē? relinquetis tamē id arbitrio  
 alterius: & dantis optionem, utrū uelit, faciendi. **Quis** item hoc bea-  
 ti Pauli uerbū, consilium autē do, recte dixerit esse deterrentis uer-  
 bum, & auocantis à capeffendo uirginitatis proposito: & nō poti⁹  
 consulentis ac inuitantis ad tā insigne bonū? **Id** certe perinde est:  
 atq; si quis dixerit hanc orationē, dono te hoc munere, non esse do-  
 nantis uerbum: sed recusantis donum, quod ab eo petitum fuerit.  
 ¶ **Cum** uero subnectit in hac obiectione Lutherus, si uirginitas est  
 de

III.

Mar. 19

1. Corin. 7

III.

de cōsilio, eorumq; in numero bonorū quæ cōsuluntur, non etiā p̄cipiūtur: perperā facere uiros monasticos, qui cōsiliū illud commutāt in præceptū, obstringentes se uoto ad illā perpetuo seruādā, suam plane ignorantia prodit & inscitia: q̄ nesciat discrimē constituere inter primā ipsius uoti emissionē atq; æditionem, & inter uoti iam facti adimpletionē. Quæ tamē duo: magno inter se distāt in teruallo. q̄ illud, cuiq; sit liberū, & de cōsilio: hoc uero, necessariū, et de præcepto, Enim uero nullus diuino obstringit mādato aut alio quouis uinculo: ut castitatis aut alterius cuiuspiam rei uoto se alliget. sed quisq; liber est ad subiiciendū se illi sacramento: uel ad recufandū id iugū si uoluerit. Postq̄ uera sponte sua quispiā se cōstrinxit eo uoto: iā nō ampli⁹ liber⁹ est ipsi, pedē ab eo reuocare, sed diuino obligatur præcepto ad uotū illud perficiendū. quæ admodū multis scripturæ testimonijs in secūdo hui⁹ libri cap. est ostensum: & illo dñi uerbo per Malachiam prophetā insuper corroborati potest, interminantis illi maledictionē: qui uoto suo integre nō satisfecerit. Maledictus (inquit) dolosus, qui habet in grege suo masculum: & uotū faciens, immolat debile domino. Cōprobat etiam eādem sententiā: & hoc Augustini dictū. Ante uotū, liberū erat reddere: sed necessariū saluti, post uotū. Voto nāq; cōsilia: uobis facta sunt præcepta, & libera: necessaria. Cui astipulatur & Innocētius tertius in epistolis decretalibus: titulo de uoto & uoti redēptione, cap. licet uniuersis. dicens. Licet uniuersis liberum sit arbitrium in uouendo: usque adeo tamē solutio necessaria est post uotū, ut sine propriæ salutis dispendio alicui non liceat resilire. Hæc ibi. ¶ Eandem quoq; sententiā corroborat beatus Bernardus, in libro de p̄cepto & dispensatione: his uerbis. Ut sentio ego: regula sancti Benedicti omni homini proponitur, imponitur nulli. prodest, si deuote suscipitur & tenetur: nō tamē si non suscipitur, obest. Quod autē in uolūtate est suscipiētis, nō in potestate proponētis: uoluntariū merito dixerim, nō necessariū. Attamē hoc ipsum quod dico uoluntariū, si quis ex propria uolūtate semel admiserit, & promiserit deinceps tenendū: profecto in necessariū sibi, ipse cōuertit. nec iam liberū habet dimittere: quod ante tamē non suscipere, liber⁹ habuit. Ideoq; quod ex uolūtate suscipit: ex necessitate iam tenebit, q̄a omnino necesse est eū reddere uota sua quæ distinxerūt labia sua,

R & ex

Malachiæ. i

Augustinus.

Innocētius  
tertius.

V.

Bernardus

Psalmo. 55

**Mat. 12.** & ex ore suo aut cōdemnari iam aut iustificari. Cæterū felix (ut quidā scōrū ait) necessitas: q̄ cogit in melius. Hæc Bernardus ibidem. Hinc beatus Petrus Ananiæ offerenti unā tantū partē precij agrī uenditi: cū totum offerre debuisset ad subeundē regulā apostolicā, ait. Anania, cur tētauit sanatas cor tuū: mētiri te spiritui sancto & fraudare de precio agrī? Nōne manēs tibi manebat: & uenūdatum in tua erat potestate? Quibus uerbis p̄sertim postremis significauit Petrus, liberū fuisse Ananiæ: non uedere agrū, aut uēditi p̄cium sibi ipsi asseruare in proprios usus, & non asserre ad pedes apostolorū. **V**bi uero per uotū paupertatis seipsum subegit formæ uiuendi apostolicæ: non potuisse illū quicq̄ illius precij sibi ipsi retinuisse. Similiter in Deuteronomio (quod & pri<sup>o</sup> est adductū) dñs per Moysen ait ad populū Israēliticū. Cū uotū uoueris dño deo tuo: nō tardabis reddere, quia requiret illud dominus de<sup>o</sup> tuus. Et si moratus fueris: reputabitur tibi in peccatū. Si nolueris polliceri: absq̄ peccato eris. Quod autē semel egressum est de labijs tuis: obseruabis. Ecce apertissimū testimoniū, ostendēs cuiq̄ liberū esse, uouere: necessarium autē, uotum iam factum reddere. Quod & ex

**Actu. 5.** uerbis Augustini amplius innotescit: dicentis in libro ad Pollentium. Quod cuiq̄ anteq̄ uouisset licebat: cum id se nunq̄ facturū uouerit, nō licebit, si tamē id uouerit quod uouendū fuit, sicut est perpetua uirginitas, uel cōtinētia post experta cōnubia: solutis à uinculo cōiugali. uel ex cōsensu uouētibus & carnalia debita sibi inuicē relaxantibus, fidelibus castisq̄ cōiugibus: ubi alterā sine altero uouere fas nō est. Hæc ergo, & si qua alia sunt q̄ rectissime uouētur, cū homines uouerint: nulla cōditione rūpēda sunt, q̄ sine ulla cōditione uouerunt. Quia & hoc ipsum, dñm p̄cepisse intelligēdū est:

**Augustinus.** ubi legitur. Vouete, & reddite dño deo uestro. Hæc Augustin<sup>o</sup>. Sic sane in optiōe uiri cuiuslibet, nullo adhuc sacramēto uoti aut ecclesiastici ordinis astricti, deuincti q̄, sed omnino liberi, cōstitutū est: ut ducat uxore, aut celibē agat uitā. Post q̄ uero quispiā scēdēra subiit connubialia, & alligatus est uxori: nō amplius ei liberū est sine uxore uiuere, sed diuino obstringitur p̄cepto, manere cū ea. Sic & ante promissionem factam, liberum est cuiq̄: p̄mittere quā amico, aut non promittere. **V**bi uero promiserit: iam obligatus est suo ipsius ore ad satisfaciendū illi promisso. Nō ergo mona

**Psal. 75.** stici

scilicet quod in euangelio consiliū est, ipsi per uotum suū faciunt præceptum: ut eis impingit Lutherus. sed quod euangelicum est consiliū, scilicet ante uoti promissionē obstringere se uoto: dicūt eē consiliū, & ut tale amplectunt. Quod uero euāgelicū est præceptū, ut pote post uoti additionē satisfaccere uoto: censent esse præceptū, & ut diuinū mandatū student pro uiribus exequi.

**R**eligionis monasticæ statū, nō statim à principio esse omnino perfectū: sed per obseruationē institutorū illius uitæ, ad perfectionē assequendā tendere. **Cap. XII.**



**V**arta Lutheri obiectio. Monasticæ uitæ predicatorum, Christianorū statū in geminas dissecant partes, ut puta in statū perfectionis, cōsistentem in consiliō: euāgelicorū impletione, quē sibi assignāt. & in statū imperfectionis, in diuinorum præceptorū executione subsistentē: quē laicis & secularē ducētibz uitā designāt. Illud autem eorū dictum, arrogantiae plenū est: quod sibi statū perfectionis (quē in consilijs euāgelij agendis reponunt) uēdicēt, scēq; alijs, tanq̄ in sublimiore iustitiæ gradu sint collocati, p̄ferūt. **I**nsuper nec uouentur aliqua à subeunte professionem monasticā, nec uoueri possunt: quā ea quæ in baptismo sunt uota, deoq; per uotū tunc promissa excepta cōtinentia. **D**icet enim uouēti deus. **Q**uid stulte uoues; non habes uota quę mihi reddas: satis multa. **M**emēto eorum quæ in baptismo uouisti: & illa exple. **S**unt igitur uota ista monastica: omnino damnanda. **H**æc Lutherus. **R**esponso. **Q**ui hanc status Christianorum partitionem assignant, quod hic perfectus sit, ille uero imperfectus aut minus perfectus, uiri doctrina & autoritate per celebres; monasticā institutionē nō dicūt eē statum perfectū, quoniam illam amplectens iam sit omnimodā uitæ perfectionem assecutus, sed quia per regulārē disciplinā tanq̄ uiam quandam cōuenientem; tendat ad perfectionē obtinēdam. **N**on enim **C**hristus dominus noster; in euangelio dixit adolescenti. **S**i es perfectus: uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, sed si uis perfectus esse: uade & uēde. hinc uerbis non obscure innuens: bonorū temporalium abdicatōne esse mediū quoddā compendiarium, & instrumentum ad consequendam perfectionem necdum habitam, **Q**uod & confirmat **O**rigenes in prædicti

Mat. 19

Origenes.

R 2 prædicti